

1980

L

1065


P. 4. 12



Theologie 523
O. VI. 25t. 245







2
D Salterium gloriosissi-
me virginis Marie.





In hoc psalterio deuotus beatam
virginem mariam alloquitur.

Prologus.

DSalterium filie potentissime tres speciosissime
mas habet coronas. Quas ut matri sapie
entissime ex pater et aue ei imponas / Aue
prius spōse benignissime sequētesq; versicu
los decantes. **P**rima est rosarū candidissimarū
admirabilissime incarnationis. Seda ē gēmarū pre
tiosissimaruz dolorosissime christi passiois. Tercia ē
Stellarū splendidissimarū gloriosissime resurrectionis.

Prima quinquagena

siue corona virgīs pulcherrie.

Pater noster. Ave maria amātissima. Jesus christus

Qui hoīez lapsū miserās nō ultra pass^o ē errare.

Sed spe icarātiois aimās predestiauit reuocare

Ave maria amplectēdissima. Jesus christus

Qui elegit ante secula te matrem venerandam.

Per signa et enigmata in tēpore premonstrandā.

Ave maria benignissima.

Jesus christus

Qui te veteri contagio non sinebat inquinari.

Sed in vite primordio sanctam voluit generari.

Ave maria clementissima.

Jesus christus

Cuius tu mater teneris annis in templum pñtata.

Virgine plena flaminis es sancto Joseph despōsata.

Ave maria cōmunissima.

Jesus christus

Qui pro liberando hoīe per gabrielem nunciatus.

In te obumbrante pneumate mirifice ē icarnatus.

Ave maria dominātissima

Jesus christus

Qui in tuo latens utero Joānem sanctificauit.

Et nouo utrumqz gaudio parentem letificauit.

Ave maria diligētissima

Jesus christus

Qui diuio abūdans munere te matrē nō grauauit.

Suspicionemqz a coniuge dignanter propulsauit.

Ave maria desiderabilissima

Jesus christus

Qui lapsis nouem mensibus ex ventre maternali.

Seratis exiit foribus ut thalamo sponsali.

Ave maria dulcissuētissima

Jesus christus

Quē statim tua virginea blandimēta cōsolabātur.

Nōx hiems senum fascia mystica nobis attestātur.

Ave maria dignissima

Jesus christus

Qui tua sacra vbera de celo plena supit.

Presepis inter ardua nos puer tunc instruxit.

2

Pater noster.

Aue maria elegantissima iesus christus.

Qui celicis agminibus gloriosus predicatur.

Et in terra hominibus pax vera annuntiatur.

Aue maria excellentissima iesus christus.

Quem pastores cum leticia ex te natum inuenerunt.

Et te seruante omnia que viderant narrauerunt.

Aue maria exemplarissima iesus christus.

Qui primum donum sanguinis dedit in circumcissione.

Et gaudium in nominis dulcis iesu uocatione.

Aue maria fauorabilissima iesus christus.

Quem tecum magi querentes stella duce reppererunt.

Et munera offerentes ut decet honorauerunt.

Aue maria floridissima iesus christus.

Qui cum te matre legibus subdidit humiliter.

Et Symeonis manibus excipitur hilariter.

Aue maria fragrantissima iesus christus.

Qui tecum exul profugus Herodis iram declinauit.

Occisusque infantibus in galileam remeauit.

Aue maria generosissima iesus christus.

Quem tu o mater perditum anxia quesiuisti.

Tandem post triste triduum in templo repperisti.

Aue maria gratissima iesus christus.

Qui pro nostro remedio a Johanne baptisato.

Parris est testimonio spiritusque reuelatus.

Aue maria humillima iesus christus.

Qui ductus moyses in heremum post ieiunium teratur.

Pellensque aduersarium ab angelis veneratur.

Aue maria honorabilissima iesus christus.

Quem transeuntem aspiciens Johannes idcirco monstrauit.

Et is apostolos eligens regnum celorum predicauit.

Pater noster.

Aue maria incōprehensibilissima iesus christus.

Qui te matre supplicāte aquā ī vinū mutauit.
Pascha quoqz moy istāte pphanos e rēplosus.

Aue maria ifatigabilissima iesus cristus. (gaurit.

Qui lassus ex itinere sedens aquam postulauit.

Hinc pietatis munere reguli natum curauit.

Aue maria illustrissima iesus christus.

Qui ductus in superciliū a turba non precipitatur.

Hinc morbos sanans hoīm socrus petri liberatur.

Aue maria inconfusibilissima iesus christus.

Qui docturus sublimia mōris verticem ascendit.

Virtuteqz eximia leprosum sanum ostendit.

Aue maria incōtaminatissima iesus christus.

Qui Centurionis seruulū curat ephelum suscitatur.

Placat et mare turbidum obsessos quoqz liberat.

Aue maria iustissima iesus christus.

Qui misso p rectū lāguido dat robor atz mēstruate.

Cecis muro demoniaco puelleqz resuscitate.

Aue maria insuperabilissima iesus christus.

Qui reliquos discipulos predicare destinauit.

Et preuentum per alios circa piscinam sanauit.

Aue maria largissima iesus christus.

Qui ad suos pedes flentē peccatricem admittebat.

Et turbam deficientem quinqz panibus pascebat.

Aue maria metuendissima iesus christus.

Qui calcans vndā liquidā petri mergentē suauit.

Ac viri manum aridam mutum cecūqz sanauit.

Aue maria mansuetissima iesus christus.

Qui omniquaqz ambulando factis vis radiauit.

Dulciterqz predicando ceca corda illustrauit.

Patet noster.

Aue maria mundissima iesus christus.
Qui chanaanee filiam surdum mutumque sanauit.
Tandem post turbam aliam ceco lumina donauit.
Aue maria nitidissima iesus christus.
Qui coram quinque testibus in monte transfiguratus.
In albis claret vestibus patris voce commendatus.
Aue maria ordinatissima iesus christus.
Qui curat nunc lunaticum nunc cecum plebe mirante.
Et liberat hydropicum phariseo murmurante.
Aue maria pudicissima iesus christus.
Per quem curuata femina in sabbato erigitur.
Et paruulorum tenera turba pie complectitur.
Aue maria prouidentissima iesus christus.
Cuius vita sanctissima cum doctrina veritatis.
Gens turbatur nequissima amatrix iniquitatis.
Aue maria placatissima iesus christus.
Quem persequentes impij nunc palam aduersantur.
Nunc detrahunt falsiloqui nunc clam insidiantur.
Aue maria rectissima iesus christus.
Qui flens ex busto Lazarum ad vitam reuocauit.
Hinc nefandum concilium Cayphas congregauit.
Aue maria serenissima iesus christus.
Qui se passurum memorat decem leprosis mundatis.
Sacheumque iustificat inde subuenit cecatis.
Aue maria sapidissima iesus christus.
Quem unxit digna femina in bethania edentem.
Unde liuens inuidia turbat Judam seuientem.
Aue maria sublimissima iesus christus.
Qui complens varicinium in iumento rex portatur.
Et inter turbe canticum super verbe lachrymatur.

Pater noster.

Aue maria suscipiendissima iesus christus.
A Quo expulsus fugiunt qui templum prophetauerunt.
Sed in nocte egressi sunt quem mane honorauerunt.
Aue maria singularissima iesus christus.
Qui saluauit adulteram confusis accusantibus.
Et rediit in bethaniam cedens inimicantibus.
Aue maria stabilissima iesus christus.
Qui predicans nouissime veraci minatur ore.
Obstinate malitie ve in eterno dolore.
Aue maria simplicissima iesus christus.
Qui mundi mala ultima templique destructionem.
Prefatus in bethania continuat mansionem.
Aue maria sanctissima iesus christus.
Qui in grandi cenaculo cenam iussit preparare.
Pascha cum desiderio desiderans manducare.
Aue maria superexcellensissima iesus christus.
Qui ut daret certissimum exemplum humilitatis
Abluit pedes hominum deus summe maiestatis.
Aue maria sacratissima iesus christus.
Qui consummatis typicis nouum condens testamentum.
Et corporis et sanguinis nobis dedit sacramentum.
Aue maria temperantissima iesus christus.
Qui proditorem admonens passurus voluntarie.
Suosque semper diligens solatur multipharie.
Aue maria utilissima iesus christus.
Qui charitatem docuit seruare efficaciter.
Et pulchraque pandidit sublimia veraciter.
Aue maria propianissima iesus christus.
Qui pro suis discipulis ac nobis preces orauit.
Et persolutis gratiis egressus hec terminauit.

Secunda quinquagena.

siue corona matris mestissime.

Pater noster. Ave maria amarissima iesus christus.

Qui vere pastor optimus in motem et oliuam.

Qui sedes mestus et pauidus? vni prouidebat penarum.

Ave maria altissima iesus christus.

Qui orans mente anxiosa in terram se prostravit.

Ac aquam pro tristitia cum sanguine sudavit.

Ave maria admirabilissima iesus christus.

Qui obuius humiliter fit turbe malignanti.

Quam sternit terribiliter dans labra osculanti.

Ave maria beatissima iesus christus.

Qui captus post crudeliter tentus atque ligatus.

Ductusque inhumaniter est tunc presentatus.

Ave maria constantissima iesus christus.

Qui respondit beniuole verbis iniqui pontificis.

Interrogatus subdole de doctrina et discipulis.

Ave maria compatentissima iesus christus.

Qui percussus a famulo graui suscepta alapa.

Adici arguit verbulo cedentem pro iniuria.

Ave maria deuotissima iesus christus.

Quem tandem cum opprobriis sistunt summo pontifici.

Ligatum duris vinculis instar latronis pessimi.

Ave maria dolorosissima iesus christus.

Aduersus quem mendaciter comenta falsitatis.

Ferunt inducti nequiter testes iniquitatis.

Ave maria diuinissima iesus christus.

Quem adiurat pontifex interrogando astute:

Si hunc cunctorum opifex genuit diua virtute.

Ave maria discretissima iesus christus.

Qui cum se dei filium iudicaturumque facit:

Nunc mox damnat concilium reus mortis iudicatur.

Pater noster.

Aue maria electissima jesus christus.
Qui post hec illudicitur nā vult⁹ sputis fedatur.
Ab omnibus contēnitur opprobrijs saturatur.
Aue maria efficacissima jesus christus.
Quē contēptū percutiunt colaphis multis cedentes
Magis magisque seuiunt heu nimium affligentes.
Aue maria feruentissima jesus christus.
Cuius vultus intumuit vi magna alaparum.
Li uet et sorde profluit pulchritudo genarum.
Aue maria fructuosissima jesus christus.
Quem satagebat visere turba patrum antiquorum.
Nunc velatur tam misere sputis fedatus natozum.
Aue maria familiarissima jesus christus.
Qui vt propheta sustulit rota nocte subsannatus
Probra/moy Petrum respicit ei⁹ casum miseratus.
Aue maria fidelissima jesus christus.
Qui mane in concilio a sceleratis damnatur.
Tanta in dei filio iniquitas perpetratur.
Aue maria gloriosissima jesus christus.
Quem vinctum cum iniuria vis armata mistrorū.
Palam trahit in furia ad presidem romanorum.
Aue maria gratiosissima jesus christus.
Qui malefactor impius coram Pylato vocatur.
A quo vere innocuus coram cunctis declaratur.
Aue maria honestissima jesus christus.
Quem statuit remittere Herodi preses Pylatus.
Vt possit hunc dimittere iustitia incitatus.
Aue maria humanissima jesus christus.
Quem Herodis excipiens vano gaudio gaudebat.
Signum videre cupiens quod cernere non debebat.

¶

Pater noster.

Aue maria inperscrutabilissima **jesus christus.**
Quia a tetrarcha speritur dum recitet humiliter
Alba veste induitur derisus multum turpiter.
Aue maria innocentissima **jesus christus**
Qui cum multis opprobriis Pylato restituitur.
Cessantibusque odiis per tunc utriusque redditur.
Aue maria ineffabilissima **jesus christus.**
A quo salus tribuitur uniuersis mortalibus.
En linguis crucifigitur velut peior latronibus.
Aue maria immaculatissima **jesus christus**
Qui ad columnam funibus ligatus valde duriter.
Exponitur verberibus flagellandus crudeliter.
Aue maria indulgentissima **jesus christus.**
Quo flagellato colligunt cohortem sceleratam.
Ipsam purpura induunt abiectam et deformatam.
Aue maria rarissima **jesus christus.**
Cuius caput dignissimum corona pligit spinea.
Et sanguinem sanctissimum sacra emittunt vulnera.
Aue maria laudabilissima **jesus christus.**
Cui ut ceptum regium arundinem dant iridentes.
Mysterium egregium nequaquam intelligentes.
Aue maria latissima **jesus christus.**
Quem probris replent perfidi flexo genu adorantes.
Nec errant proorsus miseri ipsum regem appellantes.
Aue maria magnificentissima **jesus christus.**
Cuius sacro vultui alapas dat gens scelerata.
Sputa miscentur sanguini in facie desiderata.
Aue maria misericordissima **jesus christus.**
Cuius itaque facies alapis multis quassata.
Ut non maneret species est indigne deformatata.

Pater noster.

Aue maria modestissima iesus christus.
Quius caput arundine manus cedunt ipio:ū.
Replent amaritudine dulcedinē angelorum:
Aue maria nominatissima iesus christus.
Qui sic plenus obprobrio est populo demōstratus.
Ut abiecto vermiculo recte esset cōparatus.
Aue maria notabilissima iesus christus.
Quem clamor sui populi blasphemum iudicauit.
Et ut rebellem cesari crucifigi impetrauit.
Aue maria obedientissima iesus christus.
Qui iustus iudey omnium a Pylato condēpnatur.
Genus mortis turpissimū subire non dedignatur.
Aue maria obsequiosissima iesus christus.
Quem purpura vi spoliant induit veste propria.
Doloroseq; innouant prius illata vulnera.
Aue maria patientissima iesus christus.
Quem baiulantem humeris crucem pōdus amarū
Mater pia flens sequeris vsq; ad locum penarum.
Aue maria precordialissima iesus christus.
Qui ruens in itinere crucis trabe oneratus.
Mirrati vini calice reficitur fatigatus.
Aue maria piissima iesus christus.
Qui nudus et cum funibus distentus cruci aptatur
Et manibus et pedibus clauis duris perforatur.
Aue maria preclarissima iesus christus.
Qui tam turpi suspendio dignatus est immolari.
Claro voluit titulo ut verus rex honorari.
Aue maria perfectissima iesus christus.
Qui velut mansuetissima ouis omnino tacebat.
Quando exprobratissima verbis factis sensiebat.

Pater noster.

Aue maria profundissima iesus christus
Qui pro crucifigētib⁹ orat prēm suauiter.
Quid agāt nescientib⁹ licet peccarēt grauiter.
Aue maria perseuerātissima iesus christus.
Quem latro scelestissimus irridet cū blasphemia.
Sed alteri introitus promittitur ad gaudia.
Aue maria quietissima iesus christus.
Cuius spectatrix vulnerum tu mater astās filio.
Audis vale durissimum cōmendata discipulo.
Aue maria reuerentissima iesus christus.
Qui voce miserabili clamans patrem alloquitur.
Neli lamazabathani sed nec dolor minuitur.
Aue maria suauissima iesus christus.
Qui destitutus viribus afflictus inmitissime.
Torusq; factus aridus sitiuit validissime.
Aue maria sincerissima iesus christus
Qui peracto supplicio quod perpeti statuerat.
Porpinquās vite termino consummatum est dixerat.
Aue maria speriosissima iesus christus.
Qui clamans voce maxima sanctū efflauit spm.
Et morte acerbissima mortis necat imperium.
Aue maria turissima iesus christus.
Cuius corpus exanime absq; decore liuidum.
Aquam fundit ex latere et sanguinem saluificum.
Aue maria virtuosissima iesus christus.
Qui de cruce deponitur ob sabbati parasceue.
Vnguentoq; perungitur mox inuoluēd⁹ sindone.
Aue maria venerabilissima iesus christus.
Qui et a multis plangitur sepultus cum decencia.
Sed cor tuum plus angitur o mater dilectissima.

Tercia quinquagena

siue corona regine nobilissime.

Pater noster Ave maria amenissima jesus christus

Quē in sepulchro positū seductore vocauerunt.

Dum custodiā militum a Pylato petierunt.

Ave maria angustissima jesus christus

Qui descendens ad inferos multum diuqz optat.

Letificat innumeros quorum soluit cruciatus.

Ave maria bñdictissima jesus christus

Qui mortis arre nexibus destructis viu? surrexit.

Et ex inferni sedibus liberatos secum vexit.

Ave maria cōsolatiosissima jesus christus

Qui post lamenta maxima te matrem letificauit.

Largaqz tibi gaudia apparens accumulauit.

Ave maria colendissima jesus christus

Quem mulieres optime cum vnguentis quesierūt.

Veraciterqz viuere ab angelis didicerunt.

Ave maria cōmendabilissima jesus christus

Cuius duo discipuli monumentum introierunt.

Mirantes sed increduli lyntheamina inuenerunt.

Ave maria delectabilissima jesus christus

Cuius veram effigiem flens maria contēplatur.

Post ortulani speciem dum ab ipso nominatur.

Ave maria decentissima. jesus christus

Qui sanctis mulieribus gaudens auete dicebat.

Et suis sacris pedibus oscula dari sinebat.

Ave maria disertissima jesus christus

Qui post lamenta pluria Petrū "qui pridē peccauit.

Sua dulci presentia consolans letificauit.

Ave maria expectabilissima jesus christus

Qui fratri suo Jacobo apparens panē porrexit.

Manduca ait iubeo nam quē ploras surrexit.

Bin

Pater noster.

Aue maria eminentissima iesus christus.
Qui eruens a carcere Joseph suū sepulchorem.
Saluū decreuit ducere ob exhibitum amorē.
Aue maria felicissima iesus christus.
Qui a duobus cernitur in peregrini figura.
A quibus post cognoscitur in mira panis fractura.
Aue maria fortissima iesus christus.
Qui sero clausis foribus ad discipulos intrauit.
Quos ostensis vulneribus dono spūs ditauit.
Aue maria famosissima iesus christus.
Qui et Thomā apostolum a dubio liberauit.
Et nobis robur optimū vere fidei donauit.
Aue maria gaudiosissima iesus christus.
Qui in mari piscantibus se cognoscendū prebuit.
Et secum manducantibus panē piscēq; tribuit.
Aue maria gloriōsissima iesus christus.
Qui pascendi officium suo Petro cōmendauit.
Quē per crucis supplicium occidendū presignauit.
Aue maria habundantissima iesus christus.
Qui cunctas gentes instrui et baptizari iubebat.
Sed et in finē seculi se pntem promittebat.
Aue maria immortalissima iesus christus.
Qui multa cum leticia suis sepe apparebat.
Et per vera indicia se uiuentem ostendebat.
Aue maria infallibilissima iesus christus.
Qui apprensus nouissime incredulos arguebat.
Et conuescens letissime suos foras educebat.
Aue maria immarcessibilissima iesus christus.
Qui te cum suis fratribus benedicens vi valida.
Ab humanis obtutibus raptus scandit ad ethera.

Pater noster.

Aue maria inexcogitabilissima iesus christus
Qui celo let^{er} attulit captiuam captiuitatem.
Sed et angelis pretulit assumptam fragilitatem.
Aue maria inenarrabilissima iesus christus
Cui^{us} triumphus iclitus cum pompa valde nobili.
Claris effertur laudibus et iubilo mirabili.
Aue maria interminabilissima iesus christus.
Qui pauper quondam paruul^{us} tulit presepis ardua.
Nunc celi terre dñs sedet in patris dextera.
Aue maria illuminantissima iesus christus.
Quem mirantur apostoli sublatum velocissime.
Sed hunc predicunt angeli rediturum nouissime.
Aue maria inestimabilissima iesus christus
Cuius mandato pari ter discipuli comorantur
Et spm̄ humiliter deuoteq; prestolantur.
Aue maria lucidissima iesus christus.
Qui die quinquagesima spm̄ sanctum donauit.
Et corda apostolica vehementer inflammauit.
Aue maria manifestissima iesus christus.
Qui tribuit apostolis per spm̄ paraclitum
Linguis docere varijs totius orbis populum.
Aue maria morigeratissima iesus christus
Cuius tu mater iugiter loca sacra reuisebas.
Vbi afflictum duriter dulcem filium sciebas.
Aue maria munificentissima iesus christus.
Cuius tu desiderijs vehementer estuabas.
Orans altis suspirijs tandem e carne migrabas.
Aue maria notissima iesus christus.
Qui tue sancte anime multum exultans obuiat:
Cum toto celi agmine quam super omnia collocat.

Pater noster.

Aue maria ornatissima iesus christus.

Qui tuū hoc examine corp⁹ pridie tumulatū.
Reddit vite perpetue mirifice suscitatum.

Aue maria promptissima iesus christus.

Qui te innixam dulciter super se tuum filium
Fecit mirari fortiter ipsum cetum angelicum

Aue maria preciosissima iesus christus.

Cū quo auroza rutilans que verum diem nunciasti.
In Hierusalem iubilans sūmam leta cōmeasti.

Aue maria prudentissima iesus christus.

Qui te vt fumi virgulam dulci fragrantem odore
Deitatisqz cellulam mirando ditat honore.

Aue maria purissima iesus christus.

Qui velut potentissimam reginam te sublimauit.
Et vt matrem dignissimā ad dexterā suā locauit.

Aue maria plenissima iesus christus.

Qui te nrēm pñssimam nostrā fecit aduocatam.
Quam scimus prudētissimam et defendere paratā.

Aue maria predicandissima iesus christus.

Quē predicant apostoli per tyrannos trucidati.
Et reliqui discipuli post tormenta coronati.

Aue maria prepotentissima iesus christus.

Pro quo et sancti martyres sese penis subdiderunt.
Et tanquā digni milites aureolam meruerunt.

Aue maria radiantissima iesus christus.

Cuius miram modestiam confessores imitari.
Seruabant innocentiam multa virtute armati.

Aue maria religiosissima iesus christus.

Quē comitantur monachi hic seculum religentes.
Et innumeri alij renati et penitentes.

Pater noster.

Aue maria splendidissima iesus christus.
Vē incorrupte virgines comitantur precipue.
Quē fecūdi coniuges et cōtinentes vidue.
Aue maria securissima iesus christus.
Qui super generalia que toti mundo presticit.
Electis spetialia beneficia contulit.
Aue maria solidissima iesus christus.
Qui audentes flagitijs animas suas sedare.
Suisqz datis optimis ingratos differt damnare.
Aue maria studiosissima iesus christus.
Qui hostes nostros depulit multa dimittēs [crimīa.
Locum et tempus contulit pro impetranda gratia.]
Aue maria subtilissima iesus christus.
Qui tua prece abluat nos deformiter sedatos.
Ne mors cita preueniat reos ac minus paratos.
Aue maria tremendissima iesus christus.
Qui te orante grauius pressos morte corporali.
Consoletur suauiter gratia spiritali.
Aue maria vigilantissima iesus christus.
Qui bonū quod sperauimus o mater scā tribuat.
Ne in nos qui peccauimus hostis accusans seuiat.
Aue maria venustissima iesus christus.
Qui inter receptacula quibus clauduntur anime.
Det virgo loca lucida supercelestis glorie.
Aue maria veracissima iesus christus.
Qui venturus nouissime arbiter tuba clangente.
Educat nos de puluere ad gaudia te petente.
Aue maria vernantissima iesus christus.
A quo ruent precipites ad inferna condēpnati.
Sed tecum inter celites viuamus semper beati.

Quando dicis aue maria et ne illud quasi i tra
siru dicendum putes / audi quid cogites aman
tissima aplectendissima cu ceteris in superlatiuo
positis. Volens ergo subtili^r aliquid meditari de be
ata virgie in sua deuotione superlatiuus vti potest sⁱ
placet scz per superlatiuos gradus beatam virginem
alloquendo.

In hoc psalterio (vt supra dictum e) tria p^{re}ci
pue cotinentur scz christi incarnatio / passio et
resurrexio. Incarnatio incipientem informat /
passio proficientem inflamat / et resurrexio perfectum in
altum tollit. Christ^u namqz de regalibus sedib^u venies ve
nos suo ex^{em}plo instrueret / natus p^{an}niculis inuolut^u
est / et positus in alieno presepio / cu t^u fuerit d^{eu}s vni
uersoru / in quo omⁿi mundanoru vilitas et contemp^t
exprimitur. Passio vero proficientem inflamat / Quid
certe potest aplius inflamare proficientem: qua illa
maxia charitas christi / qua exhibuit / ponendo aiam
sua pro inimicis suis: Si hoc fecit pro i^um^{ic}is quid
faciet pro a^uicis: Si hoc fecit iⁿ via: quid faciet iⁿ patria
Si hoc fecit in exilio / quid faciet in palatio: Si hoc
fecit in terra vbi cum sui no receperunt / quid faciet in
celo vbi omnes obediunt ei. Resurrexio at perfectum in
altum tollit. Quid eni sustollere altius potest perfec
tum / qua quod ipse in christo surrexit. Et licet nobis
adhuc resolutio corruptibilis maneat / cepimus t^u i
christo vita eterna iam viuere. In salutare eni nostro
o^mes surrexim^u / o^mes reuixim^u / o^mes ad celsa transmig
ramus. Caro namqz et portio cuiuslibet hois / in
homine christo veraciter fuit. Ecce quale pignus ha
bemus.

Hexaslichon Elegiacum

Est via stricta nimis / qua caelica regna patefiant.
Hanc tuto graditur nunc carotusa viam.
Religio multa est queuis bñ currere nouit.
Certius ad superos nunc carotusa meat.
Felix quem faciunt mundana pericula cautum.
Ut discat cupidus quod carotusa docet.

Terraslichon ad lectorem.

Sub breuitate dei christi si discere gesta
Niteris / queqz fides sancta futura cupit.
Hunc relegas lector deuota mente libellum.
Quem dedit in Christum religiosus amor.

In detractorie Dyslichon.

Hoc opus ingratum tibi sit scio Foile / gratum.
Sed quibus ad superos sunt pia vota venit.

**Impressum Kostochñ opera atqz industria
Ludouici Dyetz .Anno Christiane Salutis
Millesimo quingentesimo decimo quinto.**



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



80 L 1065


ULB Halle 3
002 673 835



56.







D Salterium gloriosissimi
me virginis Marie.

2

